



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

III. De mutua dominoru[m] ac seruorum obligatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

CAPUT II.

De mutua coniugum obligatione.

§. 1. 11. **V**enam viri erga uxorem obligatio? Eam in diuinis
Obliga- præceptis non potest impedire, in humanis iusta de-
tio ma- causa potest. Grauitate percutere minimè, securus reprehendere,
riti erga & moderatè corriger. Domus administratio ad virum
uxorem spectat, & cum uxore tenetur habitare, nec abesse, nisi ex iu-
sta causa.

§. 2. 12. **Q**uenam autem uxoris erga virum? Obedire debet
Obliga- marito in domus administratione. In rixis cum viro grati-
tio uxo- ter aut leuiter peccare potest iuxta materiae, aut affectus gra-
vis erga uitatem. Tenetur sequi virum, quiesdam casibus exceptis.
mari- Aliquando posset se se administrationi domus ingerere. In-
sum. uicem equidem debent sibi amorem, reuerentiam, toleran-
tiā, & debiti redditionem.

CAPUT III.

De mutua dominorum & seruorum
obligatione.

§. 3. 13. **E**xhibe seruorum erga dominos obligationem. Tenentur
Obliga- debitum honorem dominis deferre, obedientiam
rio ser- præstare, conseruare domini res, in ægritudine iis Sacra-
uorū er- menta procurare, & malis tutari imminentibus.

ga domi- 14. **Q**uandōnam serui tenentur non fugere, quandōnam
nos, autem fugam possunt arripere? In iusto bello capti fugere pos-
sunt, non autem qui sese vendiderunt in seruos. At iusto bel-
lo capti, etiam fugere ad suos valent, absque vi tamen, aut
deceptione fidei data. Capti apud infideles etiam fugere
possunt, & iis dari valet consilium ad fugam: accipere autem
ad fugam necessaria à Turcis vel aliis hostibus Christiani
nominis possunt.

15. **Q**uid de peculio seruorum? Habere possunt peculium
suum permisso domini, mobilibus, vel immobilibus constans.
Absque domini autem consensu inutilis est donatio.

16. **S**i uxorem duxerint, cuinam potius seruire debent, do-
mino, an uxori? Magis domino, quam uxori, si domino in-
seco eam duxerint: securus si sciente.

17. Num

Examen VI. De Parent.cultu ad Mand. 105

17. *Num in omnibus obedire domino teneantur?* In iis plerisque contra naturale ius sunt, vel contra diuina præcepta parere non debent. Tria autem præstare tenentur famuli heris suis: honorem, reuerentiam, & obsequium.

18. *Quidnam dominus debeat seruo?* Honestam sustentationem, institutionem in rébus fidei, & correctionem fraternalis. Haud domino potestas necandi seruos; si tamen *tio domini* occideret, nihil vlli deberet, nec si multilaret. Alimenta in to-norum subtrahere non potest. Ex delicto eius iussu commisso erga ser-tetenetur.
§. 25
Obliga-
nos.

19. *Quid de famulis alendis & gubernandis?* Alimenta, quæ dominus famulo debet, famulatu*i* congruentia debent esse. Ad hospitale licet quandoque mittere; & iustè merces subtrahitur, cum agrorat. Ex contractu aut delicto famuli herus non obligatur, nisi iussu, aut auctoritate domini facta sint. Debet expellere herus famulos moribus corruptos, nisi ad meliorem reddituros frugem speret.

C A P V T I V .

*De mutua Prælatorum & Clericorum
obligatione.*

20. *A d quidnam Clerici erga Prælatos tenentur?* In acti-
bus quidem internis obedire non tenentur, neque *Obliga-*
in malis etiam venialiter. In dubio de peccato, præcipienti *tio Cle-*
Prælato obedire tenentur: debet autem eius voluntas illis esse *rici erga*
denuntiata. Tenentur profectò obedire in pertinentibus ad *Prala-*
Clericos. Beneficiarij ad subsidium charitativum, contribu-tum.
tione videlicet quadam in pecunia, vel æquivalenti re à be-
neficiariis facta in quibusdam casibus erga Episcopos. Cu-
rati etiam, & Religiosi erga suos Prælatos peculiaribus tenen-
tur obligationibus.

21. *Prælatorum erga Clericos recense obligationes.* Debent residere, ad quam probabilius reputo iure diuino teneri. Ad breue tempus cum causa abesse possunt. *Quanam iusta causa* *Obliga-*
discensus? Quinque exhibeo, Christianam charitatem, vi-*tio Pre-*
litatem Ecclesiæ, & Reipublicæ, vrgens *lēm* necessitatē *debitā* *erga*
obedientiā. *Cleri-*
cum.

22. *Quod leges morum ad quidnam tenetur?* 1. Quotannis Synodus facere. 2. Visitare singulis annis diœcēsū per se, vel impeditus per alium. 3. Instituere idoneos ministros. 4.

G 5

Inquirete